1046

Regni in Capitaneatu Premisliensi quod si et Capitaneatus Premisliensis quamprimum ex beatitudine Regiae Maiestatis ad manus Regias redigeret praemissa omnia approbabit ratificabit et confirmabit. Similiter et recessu fuerit sub vadio ducentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis. Praeterea se cum successoribus in bonis suis omnibus obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex actis ad acta terrestria Premisliensia ante exemptionem omnibus annis transferre et transportare sub vadio ducentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis. Pro quo quidem vadio et quacunque contravenerit et eorum quorum praenominatus Generosus Kilianus Mężyk seu eius successores Magnificus Zofia de Sieniawa aut eius posteri citare poterit coram iudicibus Palatinatibus sub distributibus iudiciis suis foro competenti renuntiando coram praesenti Castrensi Premisliensi officio cum se cum praesentibus receptis cum successoribus bonisque suis omnibus ultro incorporat. Itemque in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere inscriptionis sub vadio contentum satisfacere cum successoribus suis tenebitur quoad etiam fuit nulla exceptione iuris procurationis absentia eundem terminum primum vadios subsequentium nullis mediis appellationibus sub causis quovis dilationibus praescriptionibus exceptionibus per actores etiam mota et dissimulationibus quae ad quietationem et virtutem simplicis inscriptionis labes de quibusvis Regalibus Constitutionibus quibuscunque lau- datis et laudandis inhabitationibus et exemptionibus omnibus iuris et facti renuntiando et abdicando. Quod memoriali firmatum est.

1047

Zozanski cum Burzicki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus nobilis Andreas Zozanski in Zozan sortis suae haeres omni foro compe- tenti renuntiando praesenti inscriptione sua bona sua omnia totaliter incorporando sanus existens palam recognovit se teneri nobili Alberto Burzinski et illius successoribus duos florenos per Polonicos pro festo Sancti ... proxime ventura hic coram officio solvere et ponere et longius non differendo nec arrestare sub simili vadio du- orum florenorum. In signum debiti specialis quatuor florenos pecuniae Polo- nicalis concurrendo in omnibus ipsius mobilibus et immobilibus bonis obligatorum extendendo. Inscribit se quoque inscriptionem huius inscriptionem hanc ad acta terrestria Premisliensia ad decursum omnium anni transferre sub vadio duorum florenorum. Pro quo cum citatus vel sufficien- tes tenebuntur et tenebitur coram officio praesenti in quovis termino peremptorio parere ac loco alterius responsionis et vadiis satisfacere sub similibus vadiis ab officio sub paenam ... ... in ... Vadiisque solutis nihilominus inscriptioni satisfaciet et successores sui satisfacient. Sub quo si per ... nullo ... ... tem loco ... nulla etiam ... inscriptioni ... obstante. Quod memoriali firmatum est.

Acta in castro Premisliensi feria tertia post festum Divisionis Apostolorum proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo coram Generoso Alberto Luthoslanski Vicecapitaneo Terrae Premisliensis ... officii in dicto officio que actis praesentibus 19/VII

1135

Herborth cum Golecki

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Pre- misliensibus Generosus Ioannes Herborth de Fulsztyn in villis ... et ... bonorum suorum haeres, a terris Palatinatibus districtibus foroque iuris dicionibus quibusvis sibi competentibus eximendo plenarie renuntiando ... ... iuris dicioni castrensi Capitali Premisliensi se suaque ac bona sua universa quoad actum infrascriptum totum inscriptionis praesentis ... incorporando et ... sanus mente et cor-